

[Faint handwritten text on a small label on the spine]



Sammelbd

Quint. 1. Teil

13 Alph. 13 beginn

29.

באלהים:
לחם בלשנצר

Seu

EPULUM

BELSCHAZAR FATALI
SCRIPTURA

ILLUSTRE

Ex Cap. V. Danielis,
de quo,

Divinâ annuente gratiâ,

PRÆSES,

M. JACOBUS DE CLERICE,

Hamburgensis,

&

RESPONDENS,

SEBASTIANUS KIRCHMAIERUS,


Uffenhemio - Francus,

Disputabunt publicè

D. XXIII. Julii.

WITTEBERGÆ,

Literis HENCKELIANIS.



Emo usq; eò tardus, & hebes, & demissus in terram est, ut ad divina non erigatur, ac totâ mente consurgat: utique ubi novum ali- quod è cælo miraculum fulsit. Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum con- suetudo subducit. Hic itaq; cœtus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distina- guitur, populum non convocat: At cum ali- quid ex more mutatum est, omnium vultus in cælo est. Sol specta- torem, nisi cum deficit, non habet. Hujus tamen necessariae causæ sunt, & quæ longo ante tempore possunt prævideri. Verùm si quid inopi- natò evenit, si præter naturæ accidit leges, tunc obstupescunt omnes, & qui se ante mortalium excedere putabant sortem, tum conditio- nis suæ addiscunt fragilitatem. Non longè arcessam exempla. En Belschazar! quem summo insultantem Numini, non armis, sed igno- tâ tantum scriptione, manûs terruit particula. Dignum memoriâ E- pulum, quod ad debitam divinæ Majestatis venerationem, revocat mortales. Nos de isto, fataliq; ejusdem scriptione, acturi breviter su- mus. Tu, nostris Deus annue cœptis!

Seneca l.7. Q.N.
cap.1. ab init.

כ"ש
CAPUT PRIMUM,

משתה בלשאצר
Symposium Belschazar

Argumentum.

- | | |
|---|---|
| §. 1. למה? quid? | §. 6. Comestationis locus. Oc-
casio. |
| §. 2. Belschazar unde, varia ejus
nomina. | §. 7. Coram mille vinum bibit;
explicatur variè. |
| §. 3. Non Nebucadnezaris filius. | §. 8. Verus sensus adduci-
tur. |
| §. 4. Sed Nepos illius. | §. 9. Convivii progressus. |
| §. 5. Quo anno id celebratum.
Convivium? Num noctur-
num? | §. I. Fa- |

א 2

§. I. Fa-

§. I.

Fastuosum istud, & luxuriosum impii Regis Convivium, **לחם רב** sacer appellat Codex. Evolvenda vocis significatio est. Hæc in Chaldaicis S. Scripturæ scriptis, hoc in loco tantum invenitur: licebit ergo ab Ebræa matre ejus arcescere natales. Notissima Ebræis radix est **לחם** vescendi & oppugnandi significatione insignita. Hinc **לחם** quod tristissimâ notatione (α) panem indicat Ebræis, Chaldæis, Syris,

a Comm. ad Lev. 21. 22. Arabes, carnem hæc voce designant. Sed & (β) frumentum in S. literis sub hoc nomine venit, Gen. XLVII. 16. & (γ) cœlestis illud Mannæ Donum, Exod. XVI. 4. 22. 29. tum (δ) cujusvis generis cibus, observante **כל מאכל קרוי לחם רשי** *Omnis cibus* *e juxta R. Saadia dicitur panis*: imò & (ϵ) illud, quod in oblationem offerebatur Deo, Lev. XXI. 17. **להקריב להם אלהיו**, quod Onkelos *d V. R. Sal. ad. c. Annot. Belg. ad h. l. & Buxt. in Gr. Ch. praxi. p. 337.* **לקרבא ית קרבנא** *& prandium integrum, vel convivium notat, juxta illud b* **כל סעורה קרויה לחם כמו עבר לחם רב** *Omne convivium dicitur לחם; sicut (accipitur scil. Dan. I. 1.) fecit convivium magnum: ita sumitur Proverb. IX. 5. c & apertius in illo* **לשרוק עושים לחם** *Prov. X. 19. d. Postremo in significato adhiberi h. l. vocem לחם manifestum satis est e; & sic iouduwa-* *Paraphr. in h. l. p. 90.* **משתה** *Gen. XIX. 3. it. כרה II. Reg. VI. 23. ap. Rabbinos, סעורה.*

f R. Saad. Gaon. ad h. l. §. II. Sed missâ vocis contemplatione, convivalem lustrabimus apparatus. Hic omnium primò, opipari se sinit, *g Gesnerus. disp. n. h. l. b. 8.* **בלשאצר**, Hunc dictum censent; vel, f. quòd **בל שאח צר** *h. Com. in Dan. p. 363.* **צר**, inquisiverit, aut scrutatus sit thesaurum domus DEI; vel, g. quòd fuerit **צר** Dominus concutens hostem. Variis præterea nominibus fuit appellatus Belschazar. Merodach eundem dici Jerem. L. 2. censet Pererius. *h.* Sed eo in loco non Regis id, verùm idoli nomen est, i quamvis & hoc nomine insignitos fuisse Reges ex Esai. *Sanctius ad Jer. XXXIX. 1.* constet, imò fortean commune Regum Babylonix **צר** nomen fuit. *k* Fecit enim superstiosa nimis religio, cognomines Deastris cultores. Inde Bel, Nebo vel Nebu frequentia adeò *fue-*

fuere nomina. Prophani autem scriptores Nabonidum *l* vocant, *l* Berofus. *Alex.*
it. Labinitum *m* filium reginae Nitocris; Labonidum *n* & Laby-Polyhistor. *S. Al-*
nitum, imò & *o* Naboandel; Quae tamen nominum diversitas *phaus ap. Jos. l.*
neminem movebit, quum ea, & in divinis, & in exteris historiis *X. ant. S. I. contr.*
non sit infrequens *p.* Accedit Magni illius Scaligeri observatio *App. it. Euseb. l.*
9: Scito, inquit, omnes Reges Babyloniae, ad imperium acceden- *9. de prep. Ev. c.*
tes nomen mutare solitos. *ult. V. L. Emp.*

§. 3. Quis verò hic Belschazar fuerit, & quo à Nebucad- *not. in Jacch. p.*
nezare, Regni & propinquitatis gradu sit collocandus, variant *90:*
interpretes. Sequestratis opinionibus reliquis, de quibus proli- *m Herod. l. i. V.*
xè Pererius *r*, filius ne fuerit Nebucadnezaris an nepos? erit *Perer. in Dan. p.*
dispiciendum. Filium qui fuisse putant, ipsumque Evilmero- *363:*
dachum, his ferè utuntur argumentis *s*: I. Quia Daniel in chro- *n D. Pol. Lys. in*
nicis hisce Regum Babyloniorum, post gesta Nabuchodonoso- *Ep. Bab. p. 22. S.*
ris, transit statim ad Balthasar, ergo hic ei proximè successit. II. *Rollocus in Dan.*
Quia hic vocat eum filium Nabuchodonosoris, ut patet *v. ii. p. 99.*
13. 18. idem facit Baruch. cap. I. 2. III. Quia à Jerem. *cap. L. 2. o Jos. l. X. ant. c.*
Balthasar vocatur Merodach, qui idem esse videtur cum Evil- *12. V. C. Sanct. in*
merodach. Huic sententiae fermè accedunt, *r* qui Belschazar fi- *h. l. p. 217.*
lium quidem Nebucadnezaris statuunt, diversum tamen ab Evil- *p V. Pererius. in*
merodacho natu majore, quem primo loco regnasse conce- *h. l. p. 363.*
dunt. *q l. 6. de Emend.*

§. IV. Ast primò non *דברי הימים*, seu chronicon *temp. V. L. Emp.*
Regum Babyloniorum consignasse Daniele, rectè monet A- *in Jacch. p. 91.*
barbanel. (*u*) Deinde patris nomine avum intelligi quandoque, *r 6. sent. recenset*
uti & *h. l. (x)* clarum satis est. Tandem Merodach *Jer. L. 2. Ido- ad h. l. à p. 372.*
lum notare, non Regem, dictum suprà. (*y*) Rectius igitur nepo- *379. inclus.*
tem Nebucadnezaris fuisse asseritur, (*z*) partim ob LXX. anno. *sex C. à Lap. ad*
rum captivitatis supputationem, qui secùs expleri non possunt; *h. l. p. 1315.*
partim ob expressum vaticinium Jerem. XXVII. 7. *אשר עברי אתו* *Euseb. in Chron.*
בנו את בני ואת בני בניו *Servient ipsi* (Nebucad- *Sev. Sulp. l. 2. H.*
nezari) *omnes gentes, & filio ejus, & filio filii.* Promittitur hìc cla- *S. Theod. in c. V.*
rè satis Nebucadnezari, filio, & nepoti imperium. An autem *Dan. cit. Perer.*

|| A 3 ter- *ad h. l. p. 375. 9.*
x V. D. Walzb. Harm. p. m. 657. Ann. Belg. ad v. 2. not. 8. Abarb. f. Abarb. in Dan. f.
34. p. 1. col. 1. Jacch. par. ad h. l. v. 2. p. 92. Casp. Sanct. in Dan. p. 217. y S. 2. 34. p. 1. col.
z cum exc. Walzb. l. c. Maldon. Hug. ap. C. à L. 1315. Perer. passim, Gesne- u l. c. f. 35. p. 1. c. 1.
ro in h. l. tb. 9. ad 15. Abarb. C. Sanct. i. c. *q. 1.*

aa Berof. Alex. tertius statim à Nebucadnezare regnârit Belschazar, dubium
Megast. Alph. Jos. faciunt, non contemnendi authores, (*aa*) qui duos adhuc his in-
Euseb. Hier. & terponunt Reges. Ast eos, vel vi ad tempus occupâsse Regnum
Beda ap. Perer. bb, vel Regulos tantum fuisse, aut planè fictos, *cc* verisimile
adh. l. p. 377. est.

bb Ita Perer. §. V. Celebratum hoc ab Epulone Rege infaustum satis
adh. l. p. 378. convivium esse, Anno Regni decimo septimo *dd*, alii tertio *ee*
cc Sic Gesn. *adh. l. p. 16.* existimant; quum jam exosæ captivitatis appropinquaret finis,
ff imò adesset postremus annus, *gg* ultimusque anni dies. *hb*
dd Perer. p. 362. Celeberrimus Calvisius *ii* A. M. 3395. Ante C. N. 553. hæc accidit
ee Gesn. *th. 12.* se asserit. Sed dissentit parumper Helwicus, qui hæc gesta ad
adh. l. Abarb. f. A. M. 3392. P. l. 4156. collocat. *kk* Sed ne extra oleas: Chronologis
35. c. 1. q. 2. id disceptandum relinquemus, quorum est, istas componere li-
ff *V. Calv. com.* tes. Id peculiariter in textu videtur ambiguum. Cœnanè fu-
in Dan. f. 58. p. 2. erit noctu inchoata, vel de die institutum prandium? Prius
gg *C. Sanctius. adh. l. p. 218.* nonnullis suadet, candelabri mentio, v. 5. è cujus regione prædi-
hh *R. Gaon. adh. l. p. 11.* giosa consignabatur Scriptura, ut ex lumine vicini candelabri
ii *In op. Chron. p. 223.* boris existimatur, nam *δειπνον* vertit, quod semper per cœnam
reddendum esse putant. Quamvis equidem haud adeò inter-
kk *in Syst. p. XVI.* sit, utram hîc eligas sententiam, verisimilior tamen apparet al-
ll Ita *S. Hier. & tera.* Candelabrum enim licet adfuerit, nondum tamen con-
cum eo. C. à. Lap. p. 1317. it. stare poterat, id incensis etiam instructum fuisse luminibus. Po-
notis interline- & aureum id fuisse Candelabrum, à Nebucadnezare inter tem-
arib. h. l. pli vasa ablatum, & idcirco injectam illius mentionem, censent
alii. Quicquid hujus sit, cum in illustri, procul dubio, loco,
pretiosa collocata supellex fuerit è regione exaratam Scripturam
esse, ut eo melius omnium pateret ad spectui, verisimile est. Ali-
ter R. Saadia Gaon, qui per *ליל* fenestram, reddit; sed id proba-
ri non potest. Porro LXX. virale quod concernit *δειπνον*, id ni-
hil probat, cum in fonte habeamus *חלה*. Sed nec *δειπνον* sem-
mm *Διδυμος Ιλ. ω. v. 124. p. m. 691* per cœnam notare, ex Homero addisci potest, de quo ejus Scho-
liastes mm. ο ποιητής φησι δειπνον, μεθ' ε δειπνεϊν. Certè Athe-
nn l. 7. V. Scapp. m. 367. nus *nn* *νυκτερινὰ δειπνα* ad aliorum differentiam dixisse vide-
tur. Accedit v. 29. quo proclamatos illicò honores Danielis es-
se in-

se indicatur, ast id interdiu, non nocte fieri, quis est, qui igno-
ret?

§. VI. Comestationis locus **היכל** fuit, quod h. l. Regium
palatium, alibi templum notat. Huic tamen non obscure con-
traducunt illi, *oo* qui, dum expugnata Babylon est, abfuisse Re-
gem asserunt: Sed nobis Spiritus Sancti autoritas omni huma-
na assertione major est. Verum quid tam splendido convivio
dedit occasionem? Constat certè *pp* urbe jam obsesâ id insti-
tutum. Variæ hac de re variorum conjecturæ *qq*. Abarbanel
rr egregiam ab hoste victoriam, eo mane reportasse Belschaza-
rem, & idcirco mille illis ducibus, quorum operâ in prælio
usus erat, dedisse epulum, Rabbinicâ recenset fide. Si quid ta-
men in re dubiâ eligendum, festum fuisse diem, quem Babylo-
nii obsessi licet, celebrârunt, cum celeberrimis viris *ss*. commodè
asserri potest. Abarbanelis sive historia seu fabula ex mentione
mille procerum ortum habet, cum tamen numerus certus ponatur
pro incerto. *α*

§. VII. Similiter & illa phrasis **לקבל אלפא חמרא שתה**
coram mille vinum bibit v. 2. diversimodè accipitur. (α) Theo-
doretus β ita exponit: coram mille vinum scil. paratum erat, ver-
bum autem **שתה** cum sequenti conjungit oratione, ita & LXX.
Sed ea violenter adeò divelli, accentuatio non sinit. (β) Vulgata
versio reddit: unusquisque secundum suam bibebat ætatem:
Fingunt *γ* omnes duces dignitate fuisse æquales, hinc in bi-
bendi ordine, ætatis fuisse rationem habitam. Nam alpha
dicit Cornelius, & mille notat & dignior, præcipuus. Sed lo-
cum, ubi ita accipiatur vel **אלף** vel **אלפא**, sibi reservat Jesui-
ta, invidet fortè aliis. (γ) *uu* Scholiastes cuius procerum pecu-
liarem fuisse craterem exponit. Hoc enim apud Persas solenne
esse pronuntiat. Ast, nec vulgatæ nec fontium mentem eo ex-
primit. (δ) Alii singulis Convivarum propinasse Cyathum bi-
bonem Regem existimant; verum neque id phrasis dicit, & in-
gens nimis hyperbole est, ne dicam durius. (ε) Rem propius
tangunt, qui immoderatum vini usum hanc phrasin taxare existi-
mant. Quò Megalander Lutherus respexit, cum vertit: Und soß
sich voll mit ihnen.

*oo Alex. Meg. &
Alph. ap. Pere-
rium cit. h. l. p.*

391.

pp ex Herod. l. 1.

& Xenoph. l. 7.

qq V. Per. ad h. l.

p. 360. seq. & C. à

Lap. 1316. ad h. l.

rr 35. p. 1. col. 2. q.

2. ex Joseph. ben

Gorion. l. 1. Hist.

c. 1. V. Sanct. ad

v. 1. col. 214. §. 10.

ss P. Lysero in

Ep. Bab. p. 22. D.

Wigando. Com.

in h. l. f. 163. p. 2. B.

Glassio. Gr. S. l.

4. tr. 3. p. 981. Cal-

vino ad h. l. Pe-

riop. 367. C. à

Lap. p. 1316. San-

ctio. l. c. §. 12.

α V. ann. Belg. ad

v. 1. not. 4.

β Perer. ad h. l.

p. 367.

γ C. à Lap. p. 1316

& Sanct. c. 221.

§. 18. ad h. l.

uu V. ap. Corn. l. 6

§. IIX.



§. IIX. Si verba intueamur ipsa, sensus facilis erit. קָבַל in Ebræo textu occurrit 2. Reg. XV. 10. קָבַל-עַם quod Cald. reddit קָרַם עַם coram præsentē populo, eodem modo & Danieli adhibetur C. III. 3. קָבַל צַלְמָא coram, ex adverso imaginis, & in hoc cap. v. 5. item alibi. Est igitur hoc in loco ille sensus coram, vel è regione procerum sive mensæ sive ordini bibisse Regem xx.

xx v. ann. Belg.
 & vers. it. Aben-
 Ezra ad h. l. Jos.
 lib. X. Ant. c. 12.
 6. Sanct. ad h. l.
 v. 1. §. 13.
 yy V. Sanct. ad h.
 l. c. 222. §. 20.
 zz Sanctius Com:
 ad h. l. c. 222. §.
 22. 23. Athen. l. 8.
 Dipnos.
 V. Perer. p. 369.
 & Lys. in Ep.
 Bab. p. 25.
 a. Gabrielis ut
 Gaon. vult. ad h.
 l. b. cum Lira in
 notis marg: ad
 b. l.

§. IX. Progressus infausti convivii, enarrandus etiam breviter est. Ubi incaluere mero, בְּטַעַם חֶמְרָא cum avidè & jucundè biberet, yy consecrata Numini vasa, impurus afferri heluo jussit, ut spurca in his elueret ora. Tum decantatæ Deastrorum laudes, zz quos in conviviiis præsentēs habere in more erat, supremo Numini debitam eripere reverentiam. Sed sequitur superbos ultor à tergo DEUS. Adest inopinatò manus decretoriam appingens sententiam. Hanc פִּסְרֵי יְרָא partem manus fuisse asserit sacer codex. Verùm illa nec DEI propriè, nec Angeli a cujusdam erat manus, nisi aliunde efformatam, hanc sibi appropriasse putemus. Tum hanc ab omnibus conspicui potuisse arbitror, tantùm abest ut solius Regis inhæsisse Phantasiæ dicendum. b Sed cum hæc aliis curæ fuerint, prolixius his non immorabimur. Ad fatalem deveniendum Scripturam est, quæ memorabile hoc reddidit convivium. Distinctè distinctis capitibus de hac acturi, ejus tum materiale, quod vocant, tum formale expendemus, quantum quidem pagellarum permittet angustia.

CAPUT SECUNDUM.

הכתיבה החומרית
 Scriptura materialis.

Argumentum.

- | | |
|--|---------------------------------------|
| §. 1. Proponitur quæstio: Cur Chaldæi Scripturam legere nequiverint? | dam & Jarchi super hac sententia. |
| §. 2. Characterem fuisse Ebræum. De mutatione Characterum, locus ex Sanhedrin. | §. 4. Talmudistarum de eo conjecturæ. |
| §. 3. Christianorum quorundam | §. 5. R. Assè & Abarbanelis opinio. |
| | §. 6. Verior sententia subjungitur. |

§. 1. Chal:

§. I. Chaldaeam Scripturam cur Sapientes nec legere, nec explicare Chaldaei potuerint, acutissima exercuit ingenia. Varia hic dantur sententiarum divortia, tum Ebraeorum, tum Christianorum. Quarum Catalogus quamvis alibi forsan jam consignatus extet, ex ipsis tamen derivatum fontibus huc proponere, operæ erit pretium, sic quæ commodissima videbitur opinio, eligi poterit facilius.

§. II. (α) Prima eorum a sententia est, qui Characterem Ebraicum fuisse, quem legere non potuerunt Chaldaei, arbitrantur. Sed rectè respondet Cornelius b: *Ut demus, fuisse Hebraicum, quis bad h. l. p. 1312. credat, neminem Chaldaeorum scivisse Hebraicè? presertim cum Hebraica & Chaldaica tantum dialecto differant, sicuti Attica & Dorica. Vexatam admodum quæstionem, de mutato Ebraeorum Characterem, qui demonstrari ex hoc loco posse conjiciunt, falluntur oppidò. Verum non jam de notissimâ controversiâ disseram, id tantum addo, antiquam eam esse, & à Talmudistis ventilatam. Insignis hac de re locus in Sanhedrin extat, quæ ex scriptum & versione illustratum hic sistere, non tædebit; verba sic habent: *fin. & seq.**

אמר מר זוטרא ואותימ | מר עוקבא בתחילה נתנת תורה
 לישׂראל בכתב עברי ולשון הקודש חזרה ונתנה להם
 בימי עזרא בכתב אשורית לשון ארמי ביררו להן
 לישׂראל כתב אשורית ולשון הקודש והנזחו לחריוטות
 כתב עברית ולשון אהמית מאן הריוטות אמר רב חסדא
 כותאי מאי כתב עברית אמר רב חסדא כתב ליבונאה
 תניא ר' יוסי אומר ראי היה עזרא שתנתן תורה על ידו
 לישׂראל אילמלא לא קדמו משה וכו'.

Quæ sic verto: *Dicit Dominus Sutra, & alii volunt Dn. Ukafa; initiò data est Lex Israeli, in caractere Ebræo, & linguâ Sanctâ, iterum data est ipsis in diebus Esra, in caractere Assyriaco, & linguâ Syriacâ, sed reliquerunt Idiotis caracterem Ebraum & linguam Syriacam. Quinam idiote? Respondet Raf Chasda: Cutbai.*

B

Chara;

d רשי Characte. Character Ebraeus? Respondet Raf Chasda: Character (d) Libbonicus.
rem Magnum Tradidit R. Jose dicens: dignus fuisset Esra, ut data esset Lex per
exponit. ad b. l. manum ejus Israeli, nisi praevertisset eum Mose &c. En tibi ex Tal-
V. Buxt. Lex. Talm. mudicorum lacunis depromptam, de Characterum mutatione,
opinionem redolent certè, quæ pro hac recentiores afferunt, an-
tiquam adhuc originem: Hodiernum characterem Assyriacum
esse, antiquum accepisse Cuthæos, Efram mutationis habendum
autorem; nam & illud statuunt Talmudici h. l. *שלא נתנה תורה על ידו*
על ר' נשתנה על ידו Quia non tradita Lex per manum il-
lius (Esra) est; immutata est per eum Scripturae S. character. Prius
tamen hanc accidisse mutationem, R. S. Jarehi in explicatione
ad h. l. asserit, determinato insuper ipso mutationis die. Quærit
enim, quid factum, ut cum tot Judæi adfuerint, illis tamen Scri-
pturam in pariete expositam legere non liceret? Respondet
itaque *שמע מינה נשתנה להם איתו כהב באותו היום*
Disce inde, mutatum illis characterem illum (consuetum antè scil.)
illo ipso die. Sed meliora monentes, audiat Salomon Talmu-
e R. Simeon & distas e ita illi: קר ע כל נשתנה לא כתבזה Scriptura hæc nõ
duo R. Elieser. l. mutavit elementa. Id probare volunt ex locutione *וי העמודים*
c. f. 22. p. 1. *Uncini columnarum.* v. Ex. XXVII. 10. 11. & XXXII. 10. 11. 12. 17.
Columnæ, inquit, non sunt mutatae, ergo nec *ויים* mutata sunt.
Firmius non nihil est, quod ex Esther, II. X. cap. vers. 9. allegant:
f. V. R. Abarb. in וברשונם ובהבם, quid lingua eorum? non mutata est; etiam
Dan. l. c. 9. conf. scriptura eorum non mutata est. Huic ut veriori sententiæ po-
cap. Cohen. gadol tiores subscribunt Judæi. f Sed quorsum provehimur? Videndum
g Pineda l. 5. de quoque, quid hîc sentiant alii.
rebus Salom. c. 13. §. III. β Altera opinio est g fuisse has extraordinarias li-
n. 9. p. 515. sub fin. teras & insolentes. Quò inclinare videtur B. Gesnerus. h Cer-
h in h. l. th. 34. tè, inquit, si Hebræi vel Chaldæi fuissent Characteres, à Magis legi
i v. supra §. 2. §. potuissent.

1. γ Tertia R. Salomonis est, Modernum quidem adhibitum
k Anton. Fern. Characterem, sed eo primùm die immutatum, cum antè habue-
vis. 23. f. 1. Mal- rint alium ab hoc diversum. Quo de jam supra. i
don. it. C. Sanct. δ Quartò per *ראשי תיבות* sive initiales tantùm literas ex-
ad h. l. col. 233. 5. hibitam fuisse Scripturam, arbitrantur alii k, ita Machabæi nomen
q. §. 57. ad §. 63. ex initialibus literis Exod. XV. 11. *יהוה באלים* con-
flatum

conflatum esse creditur; / cum id inscriptum vexillis Symbolum / Sekik. bech. hap. præferrent. Eleganter etiam simile exemplum in voce ROMA p. 67. B. Glass. ostendunt Pontificii. Roma enim, si per singulas literas explicetur, idem est, quod Radix Omnium Malorum Avaritia. m Hanc m Alex. Angelus. D. in Summ.

ε. Quintò, Genuinam magis, ut censet, depromit ipse: n Chal- p. 6. c. 33. F. C. à L dæi, inquit, & Hebræi scribebant solas literas consonantes sine in h. l. p. 1318. punctis. Unde Chaldæi nesciebant, quæ puncta hîc essent sub- n v. l. c. stituenda, sc. an legendum esset Mane, an Mina, an Meno; an Tekel, an Tokel, an Takal &c.

§. IV. Sed age Judæorum quoque ex Talmud & Abarbanele proponemus sententias. Quum, inquit Abarbanelo, non o in Dan. f. 35. p. mutare Scripturam Elementa satis constet. Viderunt Sapien- 2. col. 2. v. Mass. tes, si ordine debito scriptæ fuissent hæ voces, facile à quovis Sanb. f. 22. p. 1. potuisse legi. In eo igitur consenserunt, diversum fuisse ordinem.

5. Raf. Nachman existimavit, mutatas fuisse literas per modum p כשק אה. Ita ששך Jer XXV. 25. per hunc modum notari p V. de eo B. Babel cum Hieronymo q statuunt interpretes. Fuit ergo juxta Glass. Ph. S. p. 310. & Gr. S l. 4. T. 1. illius mentem hæc Scripturæ facies. 3. de Nom. pr. p.

יטת ישת ארך פיגחמרת

ζ. R. Schemuel autem non concessit mutationem adeò 981. magnam, ac si ipsæ literæ non fuissent adscriptæ, sed ordinem q Sanct. ad h. modò immutatum censet, delineationem ejus hypotheseos ita cap. col. 233. §. 54. V. B. Glass. l. 6. proponit Talmud: r in de Term. vi-

מתוס ננקי אהרן

Ubi primò primæ, deinde secundæ, & sic porrò cujusvis vocis ta. p. 190. V. Ce- literæ combinatæ, veram exhibebunt Scripturam. leb Dn. Senn. in

η. Ejusdem sententiam alio proponit modo Abarbanel, & qui- diff. de Cabb. p. dem eo, quem communicavit eruditus Menasse Ben Israel: 32. fin. 59. it. B. Dn. Walth. in

מ מ ת ו ס

נ נ ק פ י

א א ל ר ן

Harm. ad b. l.

Ita literæ non ל א ר כ ן juxta longitudinem sed לעמטן juxta

B 2

pro-

profunditatem, ut loquitur Abarbanel, erant legendæ, quod quum ignorarent Babylonii, nec legere nec intelligere propositam Scripturam potuerunt.

§. R. Juchanan conjecturam præterit Abarbanel, qui singulas voces retrogrado fuisse ordine exaratas, arbitratur. Hanc Talmudica Gemara ita tradit:

אָנָם אָנָם לָקַת נִסְרָפוּ

§. V. R. Assè verò & Schemuelis rejicit opinionem, tum quòd nimiam ea statuat mutationem, tum quòd vocem וּפְרָסִין divellat. Hinc in singulis vocibus priores duas transpositas fuisse literas hariolatur.

נִמָּא נִמָּא קַתֵּל פּוֹרְסִין

Subtilitatem hanc tanquam omnium excellentissimam laudat Abarbanel. Ita enim materialem quoque, ut vocat, scriptionem indicare, dicit; fore, ut; dormienti Belschazar amputetur caput. Ut Rabbinicum constet acumen, en ipsius verba:

נִמָּא הוּא לְשׁוֹן שׁוֹנָה כְּמוֹ לֹא יָנוּם וְלֹא יִשָּׁן
וְאָמַר נִמָּא שְׁתֵּי פַעֲמִים לְהַגִּיר לוֹ שֶׁתְּהוּהוּ לוֹ
שׁוֹנָה עוֹלָם לֹא יִקִּץ וְלֹא יַעוֹר עוֹר מִמֶּנָּה וְקַתֵּל
הוּא עֵינָן הַרְיֵגָה כִּי הָתִיו מִתְּחַלְפֵת בְּטוֹת וְכְמוֹ
שֶׁאָמַר בְּלִילִיָא קַטֵּל בְּלִשְׁאֲצַר מֶלֶכָא כְּשֶׁדְּאִי וְלִפּוּ
שֶׁחֲתָכוּ אֶת רֵאשׁוֹ אָמַר פּוֹרְסִין רַל שִׁיעֲשׂוּ מִמֶּנּוּ

Latinè sic reddi debet: *Vox נִמָּא* habet significationem somni, sicut (sumitur Ps. CXXI. 4.) *non dormitabit, nec obdormiscet, dicit autem נִמָּא נִמָּא* duabus vicibus, ad indicandum ipsi (Regi) fore ipsi somnum æternum, nec expergefatum iri, nec evigilaturum porro ex illo. *Vox autem קַטֵּל* significationem occidendi habet, quia *thau* permutatur loco *thet*. Quemadmodum dicit (Scriptura hoc v. ult.) in nocte occisus est Belschazar Rex Chaldaeorum. Et propterea, quòd amputârunt caput ejus, dicit פּוֹרְסִין h. e. quòd fecerint ex illo duas partes separatione trunci & capitis.

א. Dea

λ. Denique aliam adducit conjecturam CL. Buxtorfius. *ῥ* γ. ε. *Gram. Ch.* quam R. Samueli adscribit, diverso à superiore hic conjunctas *Praxi p. 359.* fuisse autumat literas, tanquam unam omnes constituerent vocem, h. m.

מנאמנא תקלורסין

§. VI. Videndum tandem quid in tantâ sententiarum diversitate sit statuendum. Id fortè extra controversiam erit, Chaldæos miraculose scripti sensum explicare non potuisse, licet simplices voces & legerent & intelligerent. Hinc i β nodum nonnulli ita solvunt. De explicatione, non nudâ tantùm lectione, intelligendam locutionem esse v. 8. 25. alibi: Ast nec Scripturam legere, nec sensum ejus explicare potuisse Babylonios apertè asseritur, l. c. Vident id accuratiores, & quocirca, neutrum concedunt Babylonis, quomodocunq̃ue id etiam factum modò fuerit. Nam audacter nimis pronunciat Calvinus, & prorsus fuisse excœcatos. Illud certè non videbitur absurdum, tali modo exaratam hanc Scripturam fuisse, qui reliquos lateret Chaldæos, soli pateret Danieli, diviniore quippe instructo Scientiâ. Ut ita Excell. Dn. SENNERTI, Præceptoris & Promotoris nostri legam vestigia. Ita ille: *γ Nec dubium fuerit porrò nobis; aut certè absurdi quid, quò majorem fidem sua lectionis, & interpretationis faceret astantibus Daniel, singulis & ipsis vocibus contra parietem exscriptis, adhibuiss. certam quasi clavem, sive legendi rationem quandam cabbalicè, ut obvia nunc adeò atq̃ de post facto, us sic loquar, singulis hac scriptio esset.*

t Bened. Perer. ad h. l. p. 381.

u Dn. D. Walih. f. m. in Harm. p. 658. annot. Belg. ad v. 8. not. 31. x Gomm. ad h. l. y in diss. de Cabb. p. 32.

CAPUT TERTIUM:

הכתיבה הצורית

Scriptura Formalis.

Argumentum.

- | | | |
|--|--------------------------------------|---|
| §. 1. De vocibus his in genere. | tionem eruerit Daniel? opinio Abarb. | |
| §. 2. De voc. מנא Cur iteratum. | | |
| §. 3. Vox תקלת & תקל | | |
| §. 4. De part. ופרסין. Quomodo Medorum & Persarum men- | | |
| | | §. 5. An in vocibus illis annorum lateat numerus. |
| | | §. 6. Tragicus Comestationis exitus. |

B 3

§. I. Ex



a V. annot. Belg.
ad h. l. ann. 75. &
C. à L. ad h. l.

b ap. C. à Lap. in
Dan. p. 13. 20.
c in Dan. V. 25. p.
647.

d l. c. & in Gram.
p. 197. 198.

e V. C. à Lap. &
ann. Belg. l. c.

f 36. p. 1. Col. 2.

g p. 1320.

§. I. Explicato quantum in re obscurâ licet, Scripturæ Materiali, Formale restat, vel ipsa vocum significatio. Nos Grammaticam vocum venabimur significationem, relictis quæ alterius fori sunt interpretationibus. Scinduntur hîc iterum in diversa autores a Primò: Quidam hæc participia pass. esse censent; & reddunt: Numeratum, appensum, & divisum, ita Arab. Alexandrina & Antiochena versio. b Lud. de Dieu c. Numeratus est, appensus est, & dividunt, supple, eum, id est, dividitur vel divisus est. Nam nomina participialia formæ Syriacæ קָרַב esse censet. d Secundò alii Imperativè explicant: numera, appende, divide. e Tertiò alii per præteritum activum exponunt, Numeravit, appendit, & dividerunt: atque id optimè; tum quia קָרַב accessit, Dan. III. 26. & טָלַט Dominatus fuit, v. 27. ejusdem formæ sunt adeoq; illa in usitata non est, tum quia vocem מָנָה ipse Sp. S. ita exponit v. 26. מִן הַמֶּלֶךְ אֱלֹהִים appendit Deus.

§. II. Sed & singulas rimabimur voces. Prima est מָנָה unde LXX. fecerunt μανῆ, Vers. Vulg. Mane. Radix Ebræa מָנָה numerare, supputare notat, idem Chaldæa valet, quæ tantum h. l. & v. 26. occurrit, ubi ex Ebræo - Chaldaismo est מָנָה. Quæritur, cur hæc duplicata vox sit? censent aliqui, alterâ finem Regni, alterâ vitæ denotari. Abarbanel duplicem attendi supputationem conjicit, & visitationem; unam infausam, quâ apud Jerem. XXV. 12. Dominus minatur Regi; Felicem alteram & exoptatam, quâ apud Jerem. XXIX. v. 10. Deus solatur Israelem. Ast hæc ἀλλότρια. Ejusdem vocis geminationem facere ad majorem rei certitudinem, notum abundè est. Idem hoc loco fieri, & ipsa res, & interpretum docet consensus. Variat hîc Vaticanus Codex, teste à Lapide, g nam ille מָנָה מָנָה legit, (Mno Mne habet Corn:) quod malè is vertit, numeravit numeratum, cum numerando numeravit sonet, & exactissimam supputationem indicet. Sed hîc unius codicis dissensus, constanti nihil officit lectioni, quam meritò retinemus, quamvis quoad sensum vix quicquam interfit.

§. II. Altera vox est תָּקַל libravit, appendit. Ebræa radix

dix est **שקל** unde vulgari mutatione **ש** in **ת** praesens descendit verbum, tantum in his locis, c. V. v. 25. 27. obvium. Explicatur v. 27. per **תקילתא** appensus es, quod part: est praeteriti instar formatum, docente Celeberrimo Dn. SENNERTO. *h Chald. p. 36. i p. 101.*
 Hanc recte Jacchiades *ἡ ἀφαιρέσις* **תקילתא** libratus es; non *k Hieron. Mal-*
 autem ita commodè LXX. quum id tertiâ personâ reddidère: *don. V. ap. Corn.*
ἐστίη ἐν ζυγῶ ἡ ἐυρέη ὑσερῶσα. An autem dies, *k vel re- l Id. vult. Calvin.*
 gnium, *l* vel probitas Regis, dicantur librata, nostrum non est *f. 68. p. 1. ad h. l.*
 definire. *m Arab. Alex.*

§. III. Tertia tandem vox est **פרסין** *n* unde LXX. *Φαρῆς, it. ap. Corn. it. A-*
 efformarunt. Quærit hîc Abarbanel *o* quomodo in proposita *barb. Perop. 382.*
 sententia Medorum & Persarum mentionem, invenire potue- *it. Rollocus 129.*
 rit Daniel? id ut demonstrat, ita agit. Quasvis res numero, *n V. Chald. Ce-*
 pondere, vel mensurâ, determinari, inquit, idem hoc loco obser- *leb. Senn. p. 36.*
o f. 36. p. 2. col. 1.

vâsse **הקכה**. Numeravit annos Regni, quod voce **מנא** notatur. Appendit Regnum in staterâ, id **תקל** indicat. Tandem & sicut pannum dimensus est (Ebr: **מרר**) Regnum Belschazar, usque ad finem, ubi id abscidit, (Ebr: **פרט**) Concludit deinde **מרי** quod Medum notat, derivari à **מרר**, dimensus est, **פרט** Persam indicans verò à **פרט** abscidit, & sic Medorum & Persarum erui posse mentionem. Egregia certè subtilitas, & forsân nimia, quæ pleniùs apud Autorem legi, si libet, potest. Denotare vocem **פרסין** non significatum tantum dividendi, sed alludere præterea ad divisores Persas, verisimile fatis est; sed Medorum nomen ex subintellecâ metiendi voce à Daniele erutum esse, non satis probatur.

§. IV. Otiosæ specimen *ἀνεπίβητος* & ille *g* edidit, qui ex *g ap. B. Walth.*
 his vocibus, sed miserè antea depravatis, nescio quem annorum *in Miscell. Cent.*
 numerum eruere fuit conatus. Voces sic mutilatas sistit: Mene, *p. 286.*
 Mene, teCheL Vpharsin. Hoc se apposuisse narrat, si fortè cuiquam aperturus Deus oculos sit, ut id cum Daniele cognoscere valeret. Certè clausis hunc fuisse oculis oportet, qui in fonte extare videre non potuit, & diversum Ebræorum Characterum in numerando valorem, ignoravit. Graviter hunc re-

pre-



ib h. l. p. 287.

i uti ex Gue

var. Alcazor in

Ap. 16. v. 12. ait.

V. C. à Lap. p.

1322.

k Jos. l. 1. contra

App. ex Beroso.

l V. Calv. f. 58.

p. 2. Wigand. è

Xenoph. 7. f. 172.

p. 2. it. C. à Lap.

1323. Abarb. f. 35.

prehendit Plur, Rever. Dn. D. Waltherus h. o' v'v' e'v' a' g'ois.

S. V. Tragicum tandem convivalium lauticiarum vide-

mus exitum. Breviter, sed graphicè hunc Sp. S. depingit v. ult.:

כיה בלילה קטיל כלשאר מלכארי כשריא. Eadem

nocte, quæ fatale id epulum excepit, non verò subsequente

anno demum interfectum Regem esse, hic satis claret. Tum &

id erroneum est, benignè acceptum à Cyro Belschazarem, eum-

que Caramanniæ præfectum, k An autem à propriis interfe-

ctus ducibus fuerit, l. Gobrya sc. & Gabalâ, cum id Sacris non

contrarietur literis, nec nos negabimus. Abarbanel vino so-

mnoque sepultum in Regio interfectum palatio narrat. Hic hel-

luonis finis, cujus

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub
orcum.

תם ונשלם

ברוך אל לעולם




6 Alph.

153 0414

ULB Halle

3

003 484 998




5b

AB 153044

VD 17





Viel
M





29.
באלהום:
לחם בלשאצר

Seu

EPULUM

BELSCHAZAR FATALI SCRIPTURA

ILLUSTRE

Ex Cap. V. Danielis,

de quo,

Divinâ annuente gratiâ,

PRÆSES,

M. JACOBUS DE CLERICE,
Hamburgensis,

&

RESPONDENS,

SEBASTIANUS KIRCHMAIERUS,
Uffenhemio - Francus,

Disputabunt publicè

D. XXIII. Julii.

WITTEBERGÆ,
Literis HENCKELIANIS.

